

A rabilis angelorum declaratur potestas, vt obfusca impuris caritate, non reperiretur domus ostia. Sed etiam illud ostenditur, quia caeca est omnis libido, & ante se non videt. Simul quod hospitium manibus reuocatus est sanctus Loth in domum, demonstratur immemor periculi memor fidei, non eripuisse se periculo, sed obtulisse. Munitur pietatis locus, quod manifestata sibi per angelos totius regionis curione, & generos habere Loth sanctus inducitur, & monere eos vt fererent: simul ne deserendo eos, nec admonedo, minus pius videretur circa filiarum maritos, vel erroris earum causa ipsi assignaretur, quae desitute virili consortio, concubitus inebriati expetissent patris. Non ergo indefensum finit scriptura virum sanctum relinqui, cum in ea & tradidisse maritis filias, & monuisse generos inducitur. Sed visum est illis quod derideret eos, & tamen adhuc morabatur Loth vt persuaderet generis suis: & pene non est profectus vt euaderet, nisi vrgentibus angelis, & tenentibus manus eius, egredi coactus esset. Non ergo profectus, sed eductus est, & mandatum accepit ne respiceret retro, nec resisteret in tota regione illa, sed in montem ascenderet. Hoc cum illi dicitur, omnibus dicitur. Si vis ergo & tu euadere, ne respicias retro sed ante. Aspice vbi Christus est qui dicat tibi: Vade retro: sicut Petro dicit, Vade retro me. vt Christum sequeretur, Christum videret. Retro Sodoma est plena flagitii, retro Gomorra vitis scatens, criminum regio. Ne tetigeritis, inquit Apostolus, ne attinueritis, ne gustaueritis, quae sunt omnia ad corruptelam. Fuge ergo Sodomam, relique ocyus, deserte elementa huius mundi, ne te imminetia inuoluant pericula, non resistas fugiens, nec in tota vitiorum regione remoreris. Qui non respexit euasit: quae respexit, non potuit euadere. Excitantur autem filiae sancti Loth, quia putauerunt non vicinae regionis, sed totius orbis fuisse illud excidium, se solas cum patre superstitibus omnibus populis remansisse. Et ideo, ne genus deficeret humanum paternum petisse concubitus, vt semen generationis humanae de patre suo resuscitaret. Non ergo libidinis vitium fuit, sed generationis remedium, quod non puto criminis duci loco, Nam & Eva a viro sumpta, supra cuius costam adificata est mulier, os de osibus eius, & caro de carne eius, tamen propter seriem successioneis humane viri mixta est. Subducitur tamen huic admisso conscientia viri iusti. Inebriatus enim vino, quid generet, nesciebat. Vnde non mirum si puellas decepto opinio quae putarent totius populus orbis perisse. Non eadem esset Loth sancti excusatio, qui audierat ab angelis locum illum non totum mundum esse periturum. Sane discimus vitandam ebrietatem, per quam crimina caueri non possumus. Nam quae sobrii cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Parum est quod ea inflamat libidine, accedit cupiditas corporis: ipsam quoque mentem subruit, & animum capit, sensum extorquet. Nesciunt quid loquantur qui nimio vino indulgent, iacent sepulchri. Ideoque si qua per vinum deliquerint, apud sapientes iudices venia quidem facta donantur, sed leuitatis notatur auctoritas. Quanta ipsa deformitas, vt soluantur vires, iustus vacillet? Multi se fortes putant: num fortiores quam Loth? num continentiores quam Noe? Non vtique vitia patriarcharum scriptura exposuit, quos victos vino legimus: sed vt tu disceres quid caueas. Ille nudus iacuit, iste filiarum errori patuit. Et Noe iustus deceptus est quia vini vis adhuc ignorabatur: sed i illo instructus es, ne tu ignorares. Loth filius ab se creditus, & per senectutem madidam vino solutus, commisit incestum ignorans tu sic bibe, ne capiaris. Instruant Patriarchae non solum docentes, sed etiam errantes. Ideo iteratum est exemplum ebrietatis, vt confirmetur magisterium cautionis.

De pudicitia Saræ vxoris Abraham sapiens terta, & tan dem a deo pulchra donata prole. Caput. v. 11.



D ENI QUAE ideo tentatur Sara pudicitia, vt exigatur omnium. Nam & Abimelech in vxorem sibi eam sumperat, & dixit ei in nocte de: Ecce tu morieris propter mulierem. Aduertimus adulterium diuino iudicio morte puniri. Ideoque addidit: Hec autem comoratur cum viro. Habent quidem omnes viri mulierisq; concubitus nulla legitimi matrimonii sorte celebrati suam culpam. Discite etiam qui ad gratiam baptismatis tenditis, velut quidam fidei candidati, continentiam disciplinam sobriam. Nulli licet sine muliere prater vxorem. Ideo coniugii tibi datum est ius, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinquas. Iunctus es vxori, noli querere solutionem, quia non licet tibi vxore viuente vxorem ducere: nam & aliam querere, cum habeas tuam, crimen est adulterii: hoc grauius, quod putas peccato tuo autoritatem lege querendam. Tolerabilior est si lateat culpa, quam si culpe vsurpetur autoritas. Nec hoc solum est adulterium cum aliena peccare coniuge, sed omne quod non habet potestatem coniugii. tamen locus iste docet grauius crimen esse vbi celebrati coniugii iura temerantur, & vxorius pudor soluitur. Ideoque cum praeterderet Abimelech quod vxorem alienam esse ignorauerit, quam forem esse vir ipse suam dixerit, respodit ei dominus: Ecce ego cognoui quoniam puro corde fecisti hoc, & peperi tibi, vt non peccares in me: propter hoc non sum passus te tangere eam. Cognoscimus velut praesulem custodemque coniugii esse deum, qui non patitur alienum thorum pollui. Et si qui fecerit peccare eum in deum, cuius legem violet, gratiam soluat. Et ideo quia in deum peccat, sacramenta caelestis amittit consortium. Fortasse te moueat qua ratione Pharaon quaestionibus ab omnipotente deo grauius afflictus sit, vt supra legimus, cum & ipse ignorauerit vxorem esse Abraham Saram, quam forem audierat: Abimelech autem nullam penam excepit. verum cum Aegypti regem noueris ducem fuisse vitiorum, qui quo plus habuerit licentiae, eo plus flagitii commiserit: Abimelech autem & fidelis afflictus sit deo, vt meruerit audire: Et ego cognoui quia puro corde fecisti hoc: rex non afflictionis, vt Aegyptius, sed munitiois, quod Gerarum quibus praerat, docet inter pretatio: non est dubium: ceteris operibus eius indignatione domini esse reuocata, qui vere interioris arbiter est conscientiae, & animi ac mentis interpretis. Denique non vt Pharaon ille conuentus a Moysse recusauit & spreuit mandatum dei: nec obsequium distulit, sed statim vocauit Abraham, vxorem suam ei reddidit, precioso se ipse multauit quod vidisset alienam, dotem pudoris exoluit. Hinc quoque colligi potest Abimelech regem elementiora meruisse, quod Abraham pro eo rogauit & impetrauit. Peperit enim & vxor eius, & ancilla eius, quas ante concluserat deus propter Saram vxorem Abraham. quod aequae ad economiam pertinet, vt Sara partus dei donatus promissione, etiam hoc fulciret testimonio, cum aduersas dei offensione & fecundas sterilesceat, & rursum domini voluntate steriles fecundari, iuxta quod scriptum est: Nonne sterilem & parientem ego feci? dicit dominus. Quamuis ad Synagoga illud & ecclesiae mysterium dictum accipiat, quia & Synagoga partus habere desinit, quae successioneis fraudata est posteritate: & congregatio nationum, quae sterilis erat cum deum ignoraret, partus cepit habere athenos. Vnde lectum est: Latere sterilis, quae non parit: erumpe & clama quae non parituris, quoniam plures filii deserat magis qui eius quae habet virum. Genitus est autem Abraham filius Isaac, cum esset annorum centum. Et tu si perfectus fueris, habebis posteritatem latitiae, exultationis hereditatem. Dixit & Sara: Risum mihi fecit dominus. Quincunque enim audierit, congratulabitur mihi. Non vtique hoc de generatione hac intelligitur, quae casibus plerisque obnoxia est, vt interdu

Gen. 20.

1. Cor. 7.

E

F

Esa. 66.

Gala. 4.

Gen. 21.